



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll. Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher. Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations. Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Dulwich
 £.5.

¶ **Visus franci** plegii cum Curia Baronis Francisci Calton Armigeri ibidem tentus vicesimo sexto Die Octobris Anno Regni Domine nostre Elizabethæ Dei gracia Anglie Francie et Hibernie Regine fidei Defensoris &c Tricesimo Octavo . coram me Thome: Ashtone Senescal^{lo}/

Essonia

¶ Johannes Casinghurst , Robertus Kyngesland Christoferus Savage Johannes Mathewes Johannes --- Fearing , Ricardus Watford Johannes Hammond Nicholaus Frend et Thomas Parrye generosus. /

Jurati in alleganciam
 Domine Regine }

¶ Jacobus Johnson Ricardus Bodger et Ranulphus Mortymer /

xij^o Jurati pro Domina
 Regina et Domino manerii }

¶ Nicholaus Knight generosus
 Johannes Garrett .
 Johannes Bone .
 Ambrose Shepheard

Jurati

Willelmus Darbye
 Johannes Heathe
 Henricus Hunter
 Johannes Ambler

Jurati

Johannes Longe
 Edmundus Hunter
 Thomas Abeck
 Johannes Hall

Jurati

Henricus Mathew
 Johannes Staple }

Jurati

veredictum Juratorum
 misericordia

¶ Qui vero Jurati et onerati Dicunt super sacramentum suum quod Thomas Shott Constabularius ad hunc Diem Defaltam fecit in veniendo ad presentandum Ideo ipse in misericordia o.... vj s viijd /

Item presentant quod Elizeus Parrye Civis Willelmus Jones Walter Bone Johannes Lewys Johannes Shott et Ricardus Virgo Debent sectam Curie et fecerunt Defaltam ad hunc Diem Ideo ipsi in misericordia prout patet super quolibet eorum Caput /

Dies Datus.

Item presentant quod Nicholaus Watford etatis quindecim Annorum vel citra commorans infra --- hunc visum per spacium unius Anni ultime preterito numquam Juratus fuit in alleganciam Domine Regine ad eorum noticiam / Ideo Dies Datus est eidem Nicholai in proximam Curiam sub pena o.... iij s iiij^d /

misericordia . Item presentant quod Thomas Calton generosus et quidam [blank] se^rvus ipsius Thome rescussum fecerunt in quemdam Jacobum ap Howell se^rvientem Ambrosii Shepheard in fugando Catalla ipsius Thome Calton versus communem parcum Ideo uterque eorum in misericordia o^o xij^d /

misericordia . Item presentant quod quilibet Inhabitans infra hunc visum (preter Thomam Fearing et Robertum Nelson) Defaltam fecit in non utendo pilliis , quolibet sancto Die et quolibet Die solis secundum formam statuti , Ideo quilibet eorum in misericordia o^o ij^d /

misericordia . Item presentant quod Thomas Parry generosus Thomas Calton generosus Nicholaus Knight generosus Johannes Longe Elizeus Parry Johannes Ambler Johannes Hall Johannes Fearing Georgius Mortymer Johannes Bone Johannes Goodynough et Johannes Lewys gobulaverunt in aperto loco contra formam statuti Ideo quilibet eorum in misericordia o^o ij^d /

penam Item presentant quod quedam fossata minime reparata existit inter terras vocatas Addingtons mede Coppyes et Blanche Downe in Defectu Thome Calton generosi Et Ideo ordinant quod idem Thomas escurabit vel escorari causabit Dictam fossata bene et sufficiente^r ante festum Annunciacionis beate Marie proxime sequente sub pena forisfaciendo pro qualibet Roda non escurata Duos pedes in fundo et tres pedes in latitudine o^o xij^d /

Summa o^o xj^s viij^d prete^r pro Cappes j^d quilibet /

Afferatores Johannes Garrett } Jurati
Johannes Heathe }

Thomas Hammond electus est Constabularius et Juratur . /

Johannes Goodynough et Johannes Staple electi sunt Decenarii et Jurantur /

Robertus Beast electus est gustator se^rvicie et Juratur /

Dies Datus est Homagio et Juratoribus predictis usque Diem Sabbati proxime post Ormium[sic] animarum ad melius inquirendum

et presentandum /

[Saturday, 6 Nov
1596]

veredictum }
Homagii }

Et modo hic ad Diem supradictum scilicet Diem Sabbati sexto Die Novembris Anno
xxxviii^o supradicto venerunt hic Homagium Videlicet Nicholaus Knight et Johannes Garrett tenentes
Domini et predicti alij Juratores similiter venerunt et Dicunt super sacramentum suum quod Elizeus Parrye
generosus debet sectam Curie et fecit Defaltam ad Diem supradictum Ideo ipse in misericordia ij^d /

misericordia /

obitus .
herietti

Item presentant quod Franciscus Fromans qui tenuit De Domino huius Manerij unam Domum
et xiiij Acres terre per Copiam Rotulorum obiit citra ultimam Curiam inde seisitus unde accidit Domino
Duo herietta Et ad eorum noticiam Johannes Fromans est eius proximus heres et cum foret ---
admissus tenens inde Debet solvere pro communi[sic] fine suo secundum antiquam Consuetudinem huius
Manerij (sicut per sacramentum diversorum senum apparet ixs iiij^d existentem Duplicem Redditum solubilem
pro terris predictis per Annum /

alienatio .

Item presentant quod Willelmus Jones De London Merchant Tailor et Agnes uxor eius filia et
sola heres Thome Hunt nuper de Dulwich Defuncti qui quidem Willelmus libere tenuit de
Domino huius Manerij in Jure uxoris sue per fidelitatem et sectam Curie unum mesuagium sive ---
Tenementum et xij Acres terre cum pertinencijs iacentes et existentes infra istud Manerium, per Cartam
Indentatam gerentem Datum xij^o Die Januarij in Anno xxxviii^o supradicto Dederunt Concesserunt alienaverunt
barganizaverunt et vendiderunt omnia et singula premissa cum pertinencijs Thome Turno^r de London
yoman et heredibus suis (Qui quidem Thomas Turno^r presens in Curia obtulit facere Domino
fidelitatem que respectuatu^r donec Dominus sit presens et concedit quia &c) /

iiij^s

alienatio .

Item presentant quod Petrus Marshe de London generosus libere tenuit De Domino huius manerij sex
Acres terre cum domo nuper Decasa vocata Kennalls per fidelitatem et sectam Curie et viij^d
Redditum per Annum per Cartam suam citra ultimam Curiam barganizavit et vendidit omnia et singula

premissa cum pertinenciis Nicholao Knight generoso et heredibus suis /

pena vacua .
Item ordinant ~~quod~~ pena antehac constituta (~~quod~~ nullus tenentes sive inhabitantes infra hunc Manerium de Dulwich non imparcarent aliquas Catallas extra Communom parcum istius Manerij) vacua fiat et nullius effectum

misericordia .
Item presentant quod Johannes Garrett Defaltam fecit in non prostrando le encrochmen^t secundum penam super eum impositam Ideo ipse in misericordia o---- ij s /

misericordia
Item presentant quod Willelmus Dolton Defaltam fecit in non escurando fossatam suam apud Ashepoole end Ideo ipse forisfecit pro qualibet Roda . iij d secundum penam super eum impositam , existentem in toto circite^r viginti Rodas /

Summa o---- viij^s xd prete^r le ij heriottes / Afferatus per Homagium

Summa totalis o---- xx^s vj^d prete^r ut supra

Thomas . Ashtone Senescal^{lus}

[End of J14 [previously L5] (recto). Nothing on J14 [previously L5 (verso) except, in the bottom right-hand corner, in a contemporaneous hand :]

Dulwiche

[End of Roll J14 [previously L5].]